Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

piscemq; ut capparis. & significat in supra dixim. qd senu libido refrigescat. & organa
dissipent. Hoc aut ideo. quia hec uerba ambigua cu uocabulis suis. & amig
dalu. & locusta. & capparis sonent. aliud diriuata significant. & p figura
ad sensus qui senu conueniunt diriuant. Sciendu qd ubi nunc lxx. inter
pres posuerunt amigdalu. ipsu uerbu sit soced. qd in principio hieremie
habetur: sibi in nuce conuersu est. hic in amigdalu. Symmachus nescio
qd in hoc loco sentiens. multo aliter interpretatus est. Ait enim. Et sup hec etia
de excelso uidebunt. et error erit in uia. & obdormiet uigilans. & dissol
uet spe fortitudo. Ibit enim homo in domu eternitatis suae & circuibunt in
platea plangentes. Cui interpretationem laodicenus secutus. nec iudeis potest
placere nec xpianis. dicu & ab hebreis peul est. & sequi lxx. interpretes de
dignat. Donec quam rumpat funiculus argenti & recurrat uitta aurea.
& conteratur ydria sup fontes. & confringatur rota sup lacu. & reuertat pulvis
in terra sua sicut erat. & spe redeat ad dm qui dedit illu. Vanitas uanitatu dixit
ecclesiastes. uniuersa uanitas. Reuertit ad supiora. & post grande hypbaton.
quod ab eo loco intercesserat in quo ait. & memento creatoris tui in diebus iuuen
tutis tue. ante quam ueniant dies malicie. & ante quam tenebrescat sol & luna.
& cetera. usq; in die qua mouebunt custodes domus. nunc cepta sententia
simili fine concludit dicens. Ante quam rumpat funiculus argenti. & illud
ut illud fiat. funiculu aut argenti. candida hanc uitta & spiramen qd nob
e celo tributu ostendit. recursu quoq; uitte aurea animam significat. quod
illuc recurrat unde descenderat. Porro duo reliqua que secuntur commo
ydrie sup fontem. & confractio rote sup lacu. p metaforam mortis enigmata
sunt. Quom enim ydria que contertur cessat haurire. & rota p qua de lacu & puteis
leuantur aque si confracta fuerit. ut ut lxx interpres uoluerunt in suo funi
culo conuoluta. aque usus interceptu ita & cu funiculus argenti fuerit in
terruptus. & anime riuus recurrerit ad fonte interibit homo. et ut manu
festius sequitur reuertet puluis in terra sua unde sumptus est. & spe conuer
tet ad dm qui dedit illu. Ex quo satis ridendi. qui putant animas cu corporib
seri. & n a do s. a corporu parente generari. Cu enim caro reuertatur in terra.
& spe redeat ad dm qui dedit illu. manifestu est dm parente animay
ee n homines. Post descriptionem interitus humani pulchre exordiu.
libri sui repetens ait. Vanitas uanitatu dixit ecclesiastes. omnia uani
tas. Cu enim cunctis mortaliu labor de quo in toto uolumine disputatu
est. huc pueniat ut reuertat puluis in terra sua. & anima illuc redeat
unde sumpta est. magne uanitatis est in hoc seclo laborare. & nihil
p futura conquirere. Et ampliuis qui factus est ecclesiastes sapiens